



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiae Speculativae Scholasticis Prælectionibus Et Exercitiis Accommodatae Libri IV

Haunold, Christoph

Ingolstadii, 1678

Serenissimo, Et Potentissimo Principi Ac Domino, Domino Ferdinando
Mariæ, Utriusque Bavariae, Et Superioris Palatinatus Duci, Comiti Palatino
Rheni, S. R. I. Archidapifero Et Electori, Landgravio ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82733)

SERENISSIMO,
ET POTENTISSIMO
PRINCIPI
^{AC}
DOMINO, DOMINO
FERDINANDO
MARIÆ,
UTRIUSQUE BAVARIÆ,
ET SUPERIORIS PALATINATUS
DUCI,
COMITI PALATINO RHENI,
S. R. I.
ARCHIDAPIFERO ET ELECTORI,
LANDGRAVIO LEVCHTENBERGENSI, &c.
PRINCIPI,
^{AC} DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

ERENITATI VESTRÆ tandem aliquando, cū pridem oportuisset, (nec tamen ultra vota procedere datum est) se sistit Ingolstadiense Societatis Jesu Collegium, & literarium hoc opusculum, ut sub Tanti Nominis umbra fidentiùs in publicum prodeat, in Munificentissimas SERENITATIS VESTRÆ, Clementissimàsque manus, summâ, quâ debet, veneratione deponit. Vt hoc auderet, non vna causa fecit, quarum plures, quia communes habet cum alijs, eas jam pridem alij scripserunt, omniumque nomine sunt contestati. Collegio nostro illa quidem Propria est, ob quam hæ paginæ SERENITATI VESTRÆ pleno jure debentur: quòd in illa Bonarum Artium Palæstra progenitæ sint, ac elaboratæ, quæ à Majoribus SERENITATIS VESTRÆ, Principibus